

DE
FORO EIVS, QVI PRAEDIVM CONDVXIT
COMPETENTE,
INPRIMIS IN SAXONIA ELECTORALI

DISSESSATIO,

QVAM

PRAESENTE

D. ERNESTO GODOFR. CHRISTIANO
KLVGELIO

DIG. VETER. P.P.O. CVRIAEE PROV. ELECT. CONSIST.
ECCLES. SCABINAT. ET ORD. ICTOR. VITEB. ITEM
IVDICII PROVING. IN LVSAT. INFER. MARCH.

ASSESSORE

DIE XXIX. IVLII A. O. R. CICICCCXCI.

H. L. Q. C.

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVRVS EST.

A V C T O R

SYLVIVS AVGVSTVS NORDHEIM
SCHLEVSINGA - HENNEBERGICVS.

VITEMBERGAE,
LITTERIS TZSCHIEDRICHIL

V I R I S
PERILLVSTRBVS GENEROSISSIMIS
DE QVE PATRIA ET LITTERIS
MERITISSIMIS
D O M I N O
DN. CHRISTOPHORO GOTTLLOB
DE BVRGSDORF
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE IN SVPREMO SENATV
ECCLESIASTICO PRAESIDI EMINENTISSIMO
NEC NON
D O M I N O
DN. CHRISTIANO AVGVSTO
DE TAVBENHEIM
SERENISSIMI SAXONIAE PRINCIPIS ELECTORIS PROVINCLAE
HENNEBERGICAE PRAESIDI
A C
INCLYTI REGIMINIS SENATVSQVE ECCLESIASTICI, QVI
SCHLEVSINGAE FRANCORVM EST,
DIRECTORI GRAVISSIMO
DOMINIS SVIS AC PATRONIS
LONGE INDVLGENTISSIMIS.

HAS INGENII PRIMITIAS

CEV

PIETATIS SVMMAE, ANIMI DEVOTISSIMI
ET GRATISSIMI

M O N U M E N T U M

OFFERRE ET CONSECRARE,

DIVTVRNAM SALVTEM,

REM VSQVE QVAQVE FORTVNATISSIMAM

APPRECARI

ET SVMMO EORVM PATROCINIO
AC BENEVOLENTIAE

SE SVOSQVE CONATVS

QVAM SVBIECTISSIME COMMENDARE

VOLVIT

AVCTOR

SYLVIVS AVGVSTVS NORDHEIM

P R O O E M I V M.

Ne gratissimi animi sensum, quem perennis beneficiorum, me in aerum-
nis meis hucusque subleuantium, memoria nutrit, munificentiae pa-
tronorum fautorumque, quos omni subiectionis cultu, quem illis debo, ve-
neror, subtraxisse, ac spem eorum, quibus de litterarum studiis meis ratio-
nes reddere, obstrictus sum, iustam sefellese viderer: hoc specimen acade-
micum, de foro eius, qui praedium conduxit, competente, imprimis in Sa-
xonia Electorali, inscriptum modeste propono. Id quod cum rimando
ingenii vires quales quales pericliter: omni fiducia spero, fore, ut
lector huius schedae Benevolus indulgentia erga minus concinne
scripta vtratur. Praecepto vero VLFIANA) et admonitione ARRIANIB)
permotus, generam quibusdam de origine et competentia fori at-
que conductoris significatu premissis, de foro, quod conductori
competit, ad finem usque fusi suse perseguar tractationem.

S. 1. Forum, aut si maius, forus, c) qui Atticam Graecorum vo-
cem τὸν φορέων indigitans, d) inter alia tum negotiatori tum ius dicen-
ti a ciuitate primordio constitutus fuerat locus, e) hodie, quod ad
alteram artinet significationem, iudicium sub dio habendi, more in
A 3 defuetu-

a) l. 1. pr. π. de rebus cred.

b) in Epist. l. 1. c. 17.

c) vid. Glossa ad l. 1. C. de iurisd. inutile videtur, quod forus negotiationi
et forum iudicio ab HOSTIENSE in Summ. de foro compet. §. 1. addi-
catur.

d) verbi forum deducio in Decret. c. 10. X de V. S. vitiosa est.

e) HESIODVS in Θεogonia. v. 88. sq.

Τενεά γυρὶ βασιλεὺς εχεδρονεῖς, οὐεκός λαοῖς

Πλάπτομενοις αγροφί μετατερπα εργά τελευταί

Pydiaw. Et VARNO lib. 4. de LL. n. 32. dicit: quo conferrent
suas controvierias et quae vendere vellent.

desuetudinem fere vocato, f) certum omni praeter Principem g) magistrati in causis, coram eo tractandis, obsidendum conclave denotatur. h) Iam magistratus exercet iurisdictionem, et vi eius applicat ius ad easus obuenientes. Inde iudex seu iudicium, iurisdictione forum ac ius pro synonimis passim accipiuntur. i) Nunc igitur, si de foro in iuris materia loquimur non tam locum, quam potius iurisdictionem ipsam intelligere solemus, ut, quae olim fuit in foro exercita. Reo autem, forum certum agnoscendi, obligationem esse, legis iam iam diuinæ mens est, k) quae, si cum eo, quod ius ciuile praecipit, l) conferunt: necessaria ad fori competentiam tam in reo, ad comparendum obligato, quam in magistratu praeposito quaerenda esse, liquet. De quibus iuri conuenienter ZANGERVS, m) COCHIVS, n) SCHROETERVS, o) aliquique passim verba latius fecerunt. Hic sufficiat, addidisse, competens forum id dici, in quo ab acto ree instauri contra reum potest actio.

§. 2. Ex iis autem, qui foro quisque suo subiiciuntur, conductorem diligere ausus, huius ad significatum venio. Qui pro vsu rei vel operis personae mercedem dat, essentialibus locati contractus, ei consentanea est conductoris notio. Conducimus autem, si de vsu rei sermo sit, tam mobilia, cuius rei exempla sunt in equo, iumento omni, animalibus aliis, veste, suppellectili quacunque; quam immobilia, quin etiam iura: et mobilia quidem aut sola, aut cum immobili coniuncta; iura autem etiam cum mobilibus cohaerentia. Verum de foro eius, qui mobilia conduxit, siue iura sola fint

f) confer. l. 2. §. 9. π. de orig. iuris et HEINECII elem. iuris Germ. l. III, T. I. §. 21.

g) l. 1. π. de Constit. princ. TACITVS de Tiberio lib. 4. anal. c. 7.

h) Nov. 82. c. 3. O. Pr. Sax. R. T. II.

i) l. 11. π. de I. et I. illusfr. WIESANDII juristiche Handbuch u. f. w. p. 486. §. 1. Hildburghausie 1762.

k) Epistola ad Rom. Paulina. c. XIII. com. 1.

l) l. vlt. π. de iurisdictione.

m) de exceptionibus p. II. c. 1.

n) in praxi fori Germ. c. III. partis I. sq.

o) in disp. de competencia fori communis et priuilegiari, Jenae 1716.

sint illa vel cum immobili coniuncta, pauca sunt, quae narrari possint. Ea enim, si cum immobilibus simul conducantur, manifestum est, tanquam accessoria consideranda esse, et, quid sit in ea re iuris, ex natura rei principalis, immobilis puta, esse diudicandum. Si vero sola, scilicet sine immobili, obiectum sint locationis contractus, vix est, ut de foro conductoris singularis aliqua obuenire possit controversia. Id enim, quod quis aliquid conduxit, ad nullam etiam controversiam, quam habet, pertinere, nec igitur ob hanc causam forum eius mutari poterit. Scilicet in hac specie nulla alia cogitari potest actio contra conductorem competens, quam quae ex contractu locationis conductionis venit, quae in eius foro domicili, vel priuilegiato personae, vel contractus vel rarius tamen arresti instituenda erit. Neque enim mobile conducens, se propter eam conductionem alium in locum confert, neque huic contractui pactum de iurisdictione quadam, quod ad hunc contractum agnoscenda, adiicit facile. Quodsi tamen praeter omnem spem atque expectationem eiusmodi adiectum esset pactum, standum quidem illi esset, non tamen in ordinarii iudicis praeiudicium, cui, cum non contraxerit, nihil de suo iure per aliorum conuentionem detrahi potuit. p) Quod cum de ea actione iuris sit, quae ratione ipsius locationis contractus instituitur, facile est ad intelligendum, multo minus circa alias actiones quicquam per tale pactum mutari in fori competentia posse. Et si tale ridiculum sane pactum ponamus, quo quis ob conductionem rei mobilis se subiecerit in quacunque controversia alii, quam ordinario vel personae suae vel causae iudicio, id partim nullum effectum sortiri posse, non difficulter patet, partim, cum illo nexo cum locatione conductione destituatur, hinc potius non tanquam pactum, contractui adiectum, sed ut separata conuentionem esse considerandum, apparet, quo ipso id efficietur, ut in ea causa nihil aliud sit statuendum, quam quatenus aliquis forum prorogare possit.

S. 3. Longe alia ratio est eius, qui conduxit praedium sive immobilia, quem modo inquilinum *Mietthau* modo colonum *Pachter*,

p) Rubr. C. inter alios a.d.

ter, *Heurer* vocant, quatenus conductionis obiectum in usu praedii vel urbani vel rustici consilit. q) Vbi tamen moneo, notionem inquilini saepius colono, fundum locatum inhabitanti, dari. r) Nunc igitur, si praedii conductor rei conditione sit obnoxius: valde necessarium est, ut in disquisitione fori, ipsi competentis, quod est locus exercendarum litium ab auctore adversus conductorem necessario adeundus, s) ad varias circumstantias advertamus animum, et primo quidem, virum locator iurisdictione sit praeditus in eum fundum, quem locauit, an ea destitutus; deinde, virum priuilegiato personae foro gaudeat conductor, nec ne; tum, virum conductor habitet in illo praedio, quod conduxit vel non habiter. Forum ipsum commode diuiditur in ordinarium et extraordinarium, illud in commune atque singulare sive priuilegium, commune iterum in generale atque speciale, hoc autem scilicet extraordinarium denuo in id, quod e prorogatione et in id, quod e continentia causarum venit. Nihil obstat, quominus conductoris forum eodem modo diuidamus. Et quidem, cum in primis de foro generali possit controversia esse; hac videtur regula res omnis posse comprehendendi, conductoris forum generale esse hunc magistratum, qui iurisdictionem exercet in dominum eius praedii, in quo conductor conductionis causa habitat, quatenus tantum ad domipium praedii, non ad priuilegium personae respicitur, modo habitationis notio recte constituantur, de qua postea latius agam. Id tamen non omni caret exceptione. Statim enim haec generalis adiicienda est limitatio, nisi ipse conductor foro gaudeat priuilegio personali. Manifestum scilicet est, forum generale ex priuilegio antecedere reliqua omnia. Itaque si quis conductor ex persona sua quoad forum habeat priuilegium, ut sunt Principis consiliarii, dignitate aucti, aliquie, qui Schrifflassiatu personali gaudent, item Academiae cives, clerici alii que, a Consistoriis in officio suo confirmati, is, quamcunque conduxerit

q) l. 37. π. de adquir. vel amitt. possess.

r) arg. l. 193. π. de V. S. confer. BACHOVIVS ad Inst. Iustin. l. III. tit. 25.
ORTOLPH. FOMANNI *Synops. iuris Iustin. disp. XXIII. tb. 2. not. a.*

s) c. 10. X. de V. S. l. 2. C. de iurisd. l. fin. C. vbi in rem act.

duxerit rem, t) modo habet in eiusmodi aedificio, quod intra fines iurisdictionis eius magistratus, quem haber ex suo priuilegio, sicut est, priuilegium fori, quam diu id durat, ob conductionem sane non amittit, ne quidem, de quo deinceps quaedam monendi adhuc occasio erit, sua prorogatione, quippe qua fori sui auctorita-tem in totum interuertere nemo potest. v) Hinc studiosus iurisdi-ctioni senatus oppidanii eius urbis, in qua Academia est, cuius est ille ciuis, non subiicitur, quamvis habet ex conductionis contra-etta in domo, intra fines iurisdictionis huius senatus sita. Quae cum ita sit, de his conductoribus non est agendum, qui priuile-gio fori personali fruuntur. Sed de iis tractabimus potissimum, quibus talis praerogativa non competit. Ac primo quidem de eo videamus conductore, qui cum priuato nec iudice contractum, qui ipsi nomen dat, celebrauit.

§. 4. Quod autem forum commune id, quod generale dicitur, attinet, praeter investigationem fori domicilii, quod habitatione adsciscitur, autoritate scilicet domicili communis, quam sibi Ro-ma-Quiritium v) et nostratum ex Pontificis decreto w) adjudicau-erat, a Germanis exuta, x) nihil amplius superest. Etsi, forum ori-ginis y) prorsus hodie cessare, nequeat affirmari, tamen eius quoque usus exiguus est et rarus, et vix est, ut, locatorem praedii in eo, nisi in loco, ei foro subiecto simul habet, aut saltim familiam sue bona immobilia ibi reliquerit, posse conueniri, statuamus. z) De eo enim, qui ex patria cum omni familia et patrimonio exit, difficulter credemus, eum hunc locum pro domicilio nihilominus refinire velle. Quia vero forum ex habitatione oborum generale

consti-

t) confer. l. 5. C. de iurisd. Cochii lib. cit. p. I. cap. III. de foro priuil.

v) vid. infra §. 13. not. n.

v) l. 33. π. de incolis.

w) c. vlt. X. de foro compet.

x) R. I. d. a. 1654. §. als sich denn auch 164.

y) l. 6. π. ad municip.

z) GAILII l. II. obs. 36. n. 7.

constituitur alicuius loci inhabitacione, cum animo in perpetuum ibidem manendi coniuncta: a) conductor, b) habitacione una cum re locata vsus, forum generale sive incolarum condidisse non potest dici, donec permanendi voluntas insuper demonstrata fuerit. Solam enim conductionem conclavis non constituere domicilium, et nequidem, si rursus abiens res suas ibi custodiae causa relinquat, manifestum est. Fac, conclave aliquem conducere, vt, ad eum locum saepius accedens negotiorum vel voluptatis causa, habitacionem ibi semper habeat certam, c) vel mercatorem, vt merces, quas vendendi occasio deficiebat, ibi reponat, an is in eo loco poterit dici, constituisse domicilium? Ut vero animus permanendi investigetur, id interpretationem verborum et factorum, renunciationem domicilii, quo vtebatur ante conductionem, et recentis agnitionem declarandum, exigit. d) Quod verba attinet, indicium fori generalis ea certissimum offerunt, quibus aut commoratio perpetua aut saltim subiectio quoad actiones omnimoda in loco inhabitacionis declaratur. e)

Quando

- a) I. 20. n. d. tit. I. 7. C. de incolis. MENCKEN in proc. disp. III. tb. 17.
- b) Neque, cum locatio in temporariam atque perpetuam dividatur, in hac re inter perpetuum atque temporarium conductorem vt distinguitur, cum causa distinctionis deficit, quamvis perpetuus conductor rem conductam inhabitans magis videatur habere animum in perpetuum ibi manendi, necesse erit, si velis perpetuam locationem pro vera locatione habere, quae potius translatio utilis dominii est. vid. SCHILTER. Prax. Iur. Rom. in foro Germ. Exerc. XXX. tb. 6.
- c) Absteigequartier nonnunquam nominatur.
- d) Hinc nuda obligatio, ex conductione alicubi contracta domicilii recentiter constituti praefunctionem non praefstat, licet ortu in eo loco, in quo res est conducta, gaudeat conductor. Idque fere eodem modo statuendum erit, quo in materia de operis liberorum subditorum coactis, ex hoc, quod quis alibi vel operas locet, vel aliquod immobile conductat, domicili ius non intervertitur. Ord. Pol. Sax. d. a. 1661. T. XXIII. c. 3. §. 5. Cburg. Sächs. Gesindordn. d. a. 1769. T. VII. §. 8. Verum in inquilinis Lusatiae superioris, quam glebae adscripti colunt, alter confitutum est. Nam inhabitans, a parente nondum subiecto ibidem natus pro subdito censetur. Ord. subdit. Luf. sup. d. a. 1651. a. II. n. 4.
- e) STRVII ex. IX. tb. XXII.

Quando haec declaratio deficit, ad coniecturas, quas conductoris facta pro habitatione, domicili prioris mutandi animo instituta, suppeditant, consugiendum est, quemadmodum id l. 7. C. de incolis dilucide monstrat atque KNORRIVS f) ita explanat: animum mutandi domicilium eo ipso satis declarari, si quis in aliquo loco habiter, res et fortunas libidem habeat sacrisque vtatur, nec aliam causam, ob quam ibi versetur, adferre possit. Idecirco si voluntatis, absque decessu habitandi, internae explicatio propter indiciorum defectum, locum non inueniat: ad aetus quidem inhabitantis exteriores respiciatur, necesse est, quo pacto inquilinus iudici, cuius sub iurisdictione assidue et actu habitat, generatim subiicitur. g) Qui enim alibi nulla bona reliquit, ad quae possit reverri, vel saltim immobilia ad habitationem inepta, neque in eo loco, vbi conduxit, declarat, se nolle ibi manere, ab eo bene potest praesumi, ex sola habitatione eum in hoc habitationis loco, posuisse domicilium. Ex quo conficitur praesumptionem fori generalis subsidialem, si de domicilio constat alibi contractio nec expressis verbis mutato, elidi. h)

f) *in progr. de conductore censui migrationis subiecto. Hala 1748.*

g) l. 27. §. 1. π. ad municip.

h) MEVIVS p. IV. Dec. 256. n. 6. Evidem illustris olim Lipsiensium ICTUS C. F. HOMMELIVS, in Ariadne iurisd. concurv. Lipsiae 1779. c. III. forum aliquod, vt id nominari illi placuit, actualis habitationis et domicili simultaneum in conductore praetendit. At enim vero neque autores, liceat enim modeste nonnulla huic opinioni oblicere, ab eo nominati, vt LAYERBACHIVS et MENCKENIVS, id affirmant, qui potius de animo persistendi scribunt; neque legibus Romanis, quae laudatae simul sunt, probatur, in primis si, quid incolam a municipio sive ciue discernat ex hoc iure, secundum ea, quae leguntur in l. 1. pr. π. ad municip. l. 239. π. de V. S. l. 4. 5. 7. C. de incolis probe consideremus; neque his, quae de subditis temporariis, sive forensibus ex apprehensione, passim a BOEHMERO aliisque ex iuris publici vniuersalibus regulis traduntur, confirmatur, siquidem de foro generali, non de speciali, puta contractus aut delicti, agitur; neque exemplo hominis a rustico orti, qui operas suas locat in loco, in quo eius pater non habitavit, illustrari potest, non solum, quod is non sit conductor, sed etiam, quod praeprimis hoc pertinet, quod famulus conductus ex regula

Ius enim Germanorum commune domicilio tantum, quod animo non discedendi libero contractum retineatur, subiectionem generalem adscribit. i) Quod si ponamus, mutatio fori generalis nec praescribi nec obrudi potest, sed probatio aduersus magistratum, voluntatis permanendi ratione non habita, citantem eo magis admitti deber, quo magis ex omnibus domiciliis coniecturis praesumtiones quidem iuris, nec tamen iuris et de iure, momenta fortius probantia admittentes, oriuntur. k) Sapienter sane in plerisque locis vel lege praescriptum vel consuetudine introductum est, vt, qui ad longius tempus v. g. ac tres menses conducunt, immigrare in habitationem, et recipi in domo sua a cive nequeant, nisi magistratus loci hoc praeficcat et permittat, l) quo pacto permissionis scriptura novo inquilino dari solet; magistratus autem longiorem inhabitationem, nisi grauis causa aliud suadeat, non concedat alii, praeter quam ius ciuitatis vel saltim incolatus m) petenti, quo ipso, nisi vel iureitando praestito, fidem atque obedientiam loci magistratus promiserit, maestari non solet. Quod si factum sit, omnis cessat de fori competentia dubitatio. Praeter haec omnia ad id est

attenden-

regula subiiciatur per tempus locationis foro henri vel herae, etiam privilegiato, quod in Saxonia in Aulicis, Academicis, Clericis, militibus, Schriftsaalibus partim usus agnoscit, partim legibus expressis constitutum est, ut video in *Mand. Elect.* d. 22. Dec. 1718. *Kriegsger. Regem.* 2ter *Abschn.* §. 2. concessione iurisdictionis anno 1660. Senatus Dresdensi data, a *WABSTRO von der Lufszverf.* in *Sachsf.* p. 87 laudata. Illustr. C. G. HOMMEL in *princ. iur. eccles.* cap. V. §. 4. et nouissime in *Rescripto in causa S. contra D.* ad Curiam Provincialem Wittenbergensem, d. 16. Nov. 1779. dato, his verbis comprobatum est: *biennächt,* der analogiae iuris und der biesigen Landesverfassung gemäss, eine Dienst leistende Person — — — dem foro ibres Dienstherrn unterworfen ist.

i) *confer. A. B. c. XVI. §. 2.* verba: nisi ad huiusmodi ciuitates corporaliter et realiter transantes ibique larem fuentes continue et vere ac non ficte residuum facientes etc. *CARPOV.* in *def. for. P. III. C. XII.* D. 18. n. 6.

k) *arg. I. 7. C. de incolis.* Coler. de proc. exec. p. II. c. I.

l) *confer. Churf. Sachsf. Taxordt.* d. a. 1764. tit. I. no. 4.

m) quo casu a tutela, quam a magistratu suo novo expectant, alicubi nominari solent, *Schutzverf.* indee.

attendendum, utrum in hac causa lege aliquid certum sit constitutum aut consuetudine, quorum inter alia pertinet, conductores agrorum parochialium in domo, parochia destinata, habitantes per fori usum subiecti iurisdictioni ecclesiasticae. n)

S. 5. Domicilii autem foro, quod generale dicitur alicubi semel constitutu: coram iudice eius conductorem tam praesem, quam absentem in actione reali et personali oportet respondere, o) Hoe igitur de eo conductore intelligendum, qui cum animo in ea urbe vel eo loco permanendi, in quo hoc factum est, conduxit locum ad habitandum apium, quo ipso iudicis ordinarii eius loci subiectur iurisdictioni. Quod tamen non ita accipendum est, ut nec falso iudicis torius urbis aut pagi iurisdictionem agnoscere debeat, sed de judece intelligi volo istius domus, in qua cum animo permanendi habitat conductor. Non enim omnes domus, in aliquo loco sitae, iudici eius loci ordinario, veluti senatus sui praefecto, semper subiectas esse, norissimum est. Praeterea etiam priuilegium personae conductoris est respiciendum. Is enim, qui foro priuilegiato personali gaudi, v. g. Schriftlassius, nullum forum generale agnoscere cogitur, praeter id, quo ex priuilegio viritur, ubique etiam habitat, p) dummodo intra limites sui fori priuilegiata sit illa domus, in qua commoratur. Nec alia dicenda sunt, si causa, de qua discepitur, quoad forum sit priuilegiata, utpote quae nunquam in foro domicilii peragi potest. E contrario priuilegium fori, quod locator ex persona sua habet, nullatenus ad conductorem pertinet. Igitur si sumas domum, sub iurisdictione aliqua patrimoniali sitam, cuius dominus sit Schriftlassius, ab alio non Schriftlassio rotam aut pro parte conductam, conductor non sit Schriftlassius, sed iudicis patrimoniali, si reliqua ad domicilium consiliendum necessaria adsint, nec ipse personaliter sit priuilegiatus, subiectus.

S. 6. Haec, quae de foro generali disputauimus, sufficiant. Caeterum per se patet, conductorem etiam forum speciale, veluti

B 3

rei

n) Ill. C. G. HOMMEL in princ. iur. eccl. protest. Cap. V. §. 4.

o) l. 2. C. de iurisd.

p) vid. supra §. 3. not. c.

rei sitae, contractus, delicti, apprehensionis agnoscere debere, cum haec fora, quodlibet in causis, ad id constituendum apri, cum generali concurrant. q) Nisi lex cum exclusione fori generalis speciale forum praescribat. r) Quod igitur primo attinet ad forum rei sitae, in quo, cum in eo de re, sub iurisdictione iudicis eius reperta, disceptent, actiones tantum reales, itaque similes ventilantur, s) quae, si GALLIVM sequeris, t) circa rem, neque eius possessores verari solent: iura conueniunt, quod rei sua, vbiuis repertae, dominus vindicias struere possit, u) licet mobilis res ad translationem apta, v) aut causa rei accessoria, ut ius pignoris seu hypothecae, servitutis, in item vocetur. w) Hinc, si de quodam iure in re agatur cum conductore in foro illo, vbi res deprehenditur aut sita est, praescriptione fori eius rei, quam conduxit, ratione ipsius rei conductionis iure possessae, quo usque proprietarii nominatione non vnius, ad restitutionem absconde obligatus est, x)

§. 7.

q) vid. l. 5. C. de iurisd.

r) Sic Ord. Prov. Hennebergica d. a. 1739. Und ob sach, dass einer ein Gut, so in unser Herrschaft gelegen, mit heblicher Forderung ansprechen wolt, und der Besitzer des Guts nicht innen, sondern außerhalb unser Herrschaft gesessen; so soll der Kläger nicht der Person, sondern dem Gut vor dem Gericht, darunter es gelegen, nachsprechen und dasselbig Gericht um rechtliche Hülff über das Gut anrufen. L. II. tit. II. c. IV. actori, ut in foro rei sitae agat contra reum, extra terras Henneb. degentem, cum fori domiciliu seu generalis eiusdemque priuilegiati exclusione, praescribere videtur.

s) l. 38. π. de iudiciis.

t) lib. I. obs. 37.

tt) I. P. Sax. Unterwinden mag sich auch wohl ein Mann seines Gutes; wo er es sicher mit Recht, lib. III. a. 22. adde MÜLLERVM ad Struvii ex. XI. th. 1. nos. β.

u) l. fin. C. vbi in rem act. dissentit MEVIVS, p. IV. Dec. 74. ratione mobilium et reste quidem, si de mobilibus legati, a principe missi, sermo sit. Ceux, qui permettent de saisir les meubles d'un Ambassadeur ou d'un Ministre publique, pechent contre le droit de Gens, parce que sans les meubles et sans bagage la dignité du caractère ne peut pas être souvenue. Memoires de Mr. WICQVEFORT Vol. II. p. 438.

v) l. un. C. vbi de possess.

w) l. 5. π. ad exhib. non obstatl. 39. π. locati et l. 33. §. 1. π. de usurp. et usue.

S. 7. Forum autem contractus, in quo actiones, quibus de satisfaciendis vel etiam, si CARPOVIO^{x)} assentiamus, rescindendis y) promissis agitur, ventilantur, cum postulet, partim, ut vel convenitio inter duos intra fines iurisdictionis ita inita sit, ut, consensu vtriusque coniuncto, ad finem perducatur, z) vel certus locus solutioni definitus fuerit, a) vel, si ob pactum adiectum contractus vim suam ex scriptura accipiat, b) instrumento de eo, de quo convenerant, confessio, per id ipsum locus scripturae fari efficiat fundatum, partim, ut praesens sit reus in ipso hoc contractus foro: c) facile patet, haec omnia etiam in conductore esse observanda. Quam ob rem, si respiciamus ad ipsum, quem pactus est locationis conductio contractum, si quidem is in eo loco, in quo ob conductio habitat, perficeretur, coram iudice eius loci ex illo contractu procul dubio conueniri poterit, ad mercedem et quicquid alias locatori promisit, praestandam. Aliud vero erit dicendum, si in hoc loco contractus tantum praeparatus fuerit, ut, quod ibi factum in meritis tractaibus, qui solet appellari, substiterit, d) contractu deinde in alio loco perfecto, aut certo solutioni loco destinato. e) Nam in huiusmodi specie is iudex, sub cuius iurisdictione domus con-
dueta

x) in Proc. T. III. a. II. n. 9. addit SCHROETERVM disp. laud. th. XIX.
FRANTZIVM in resol. l. 3. resol. n.

y) hoc negant multi ex l. 2. C. vbi et ap. qu. rest. in integr. ut LAVTER-
BACH in coll. Pand. I. V. t. 1. §. 49. aduerfarii ad l. 53. m. de pactis
l. 14. C. d. n. num. p. prouocant.

z) l. 3. π. de rebus auth. iud. poss. arg. l. 55. π. de O. et A.

a) arg. l. 19. §. 4. π. de iudiciis.

b) nam, licet instrumentum super pactio solenne aut confirmatio in alio loco, quam in quo vtriusque consensu facta est coniunctio, accesserit,
tamen ea, ob probatinem tantum curata, vid. l. 4. π. de fide instrum.
nihil noui essentialibus pacti addit, cap. si quis rei, l.-X. de confirmatione,
et arg. l. 8. π. de iudiciis.

c) cap. l. §. contraheates, de foro competente in Grotius p. 297 seqq.

d) confer. CARPZ. p. II. C. XXXIII. D. 23.

e) Siquidem conductor in loco, mercedis solutioni expresse destinato,
ratione loci contractus non habita, recte conuenitur vid. l. 21. π. de
O. et A. l. 2. §. 2 seqq. π. de eo, quod certo loco

ducta iacet, ob actionem ex contractu descendantem, ex hoc capite, quasi sit forum contractus, non poterit adiri. Neque id licitum erit, si conductor neque in eo praedio, quod conduxit, neque saltim intra fines territorii iudicis, sub cuius iurisdictione praedium est situm, deprehendatur; sed iudex domicilii hoc casu erit implorandus.^{f)} Evidem praefera praesentia legalis: ne quis confessim recedat de loco contractus, requiritur, quod ex lege Romana tradunt.^{g)} Verum si viator habitationem conductit, is de mercede in continentem in hoc foro, sub quo contraxit, posse conueniri, omnino videtur,^{h)} quod in primis iure Saxonico Electorali manifesto affirmari poterit, quo iure talis homo etiam ob alia debita contracta per id tempus, quo in hospicio est commoratus, derineri potest.ⁱ⁾ Id autem in hac re merito adhuc queritur, cum possit conductor ex contractu conductionis apud eum iudicem, sub cuius iurisdictione contraxit, conuentus, quamvis reliqua ad fundandum hoc forum necessaria rite se habeant, vñ tamen exceptione fori priuilegiati, siquidem tali gaudet? Sunt quidem, qui hoc negant,^{k)} quorum sententia propterea legitima videtur, quod priuilegium forum generale et pro foro domicilii sit, forum autem generale et speciale, quale est contractus, ita concurrant, ut auctoris sit electio.^{l)} Verum usus fori huic sententiae non fauet. Inauditum enim est, Schriftissimum, ciuem Academicum, clericum, militem ob debitum ex contractu locationis

apud

f) vid. supra §. 5. sq.

g) vid. l. 19. §. 2. π. de iud. et vbi. Insuper ne praesentia quidem continuata paci forum stabilire potest, quando conductens in obligationis, ex negotio ciuili licto profluentis, loco nundinorum tempore solennium reperitur, l. un. C. de nundinis. Quod Romanorum ius singulare in Saxonia ad eos, qui negotiationum gratia nundinas solennes frequentant applicatum, non amitti, nisi expresse ei fuerit renuntiatum, CARPZ. tradit ad Conf. El. Sax. XXX. p. I. D. 24.

h) Nam paucum conductionis quoddam commorationis, usu continuatae, tempus requirit, atque nos ius canonicum indistincte ducit. vid. supra not. c.

i) v. Ord. Proc. Sax. T. LI. §. I. vers. desgleichen wenn ein Gaff u.s.w.

k) CARPZ. in Pr. T. III. a. II. n. 14. sq.

l) vid. §. 5. sq.

apud iudicem oppidi vel pagi ordinarium conueniri, ut potius talis causa semper in priuilegiato rei foro peragatur et electio actoris videatur longa consuetudine extincta. Id ipsum autem valde aequum est, cum, si forum priuilegiatum excludi possit per forum contrarium, si quemque contractum sumas, quamvis in conductionis conventione maior videatur esse ratio, priuilegiato suum fori priuilegium fieret inutile. Quod tamen ita intelligendum est, si iudex fori priuilegiati in eodem loco exerceat iurisdictionem suam, ut priuilegiatus conducens extra fines fori sui priuilegiati recte in foro contractus, in eo deprehensus, conueniatur. Quod autem generatim alios attinet contractus, praeter conductionem initos, quamvis horum quoque causa conductor sortiatur forum, de his tamen hic latius tractare, admodum superfluum esset, si quidem illi cum conductione nullo nexu coniuncti sunt, et hinc coram iudice, sub cuius iurisdictione conductor conduxit et deprehenditur aliter, tanquam in foro contractus, agi nequit, nisi is locus simul aut solutioni destinatus aut ipse ille sit, vbi contractum erat.

§. 8. Quemadmodum conductor pacto inito, sic delicto perpetrato m) iudicem et quidem, si ad Saxoniam Electoralem respicias, eundem fere in modum agnosceres, obligatur, quatenus hoc est privatum. Nam delicti publici tam incepisti, quam consummati locus iudicem eius loci, sin is facultate iuris dicendi pollet idonea, sine respectu ad sotis praesentiam, competentem facit, quocum iudex rei generalis ac deprehensionis concurrit. n) Delicti autem priuati argutus, foro delicti commissi non subest, nisi in eodem repertus, citationem receperit insinuatam, aut iure domicilii aut bonorum immobilium proprietate eidem sit subiectus. o) Quod de iniuria leui non solum sed atroci etiam et aliis delictis priuatis dici potest. p)

m) l. 4. π. de O. et A.

Itaque

n) l. 1. C. vbi de crim. BECCIVS in praxi aurea de iurisd. crim. l. II. c. III.
ill. PVTMANNVS in elem. iuris crim. l. II. c. V.

o) Dec. Sax. Elec. LXXXIX. quae ipsa usum divisionis in delicta publica et priuata probat.

p) arg. l. 1. §. 7. sqq. π. de his, qui effuderint.

C

Itaque conductor delinquens, ut alius criminis reus, vel in foro delicti commissi vel deprehensionis et examinari et puniri potest, habita tamen, ut in alio delinquente, priuilegi personalis pariter atque realis ratione, si vel delinquens eo gaudeat vel causae singulare sit forum.

S. 9. Extra ordinem cum iudicis generalis exclusione reus, quando iudicii incompetenti, competenti renuncians, paret, prorogatione forum fortius, quae tamen, si voluntaria sit tam expressa, quam tacita, si causa sit ad forum priuilegiatum adstricta, nulla et inutilis est. q) Ita porro reus reconveniendus, r) ad evictionem obligatus, s) diffamatione grauatus, t) ad rationes reddendas obstrictus, u) et iurisdictioni delegatae subditus, v) foro ex lege obedit prorogato. Deinde e causis, quarum una consequens alterius ad iudicis eiusdem determinationem tendit et hinc continens vocatur, w) primus est, si cum pluribus eiusdem causae sibi contrahit reus. Primum reis conueniendus, alter, si acio, res diversarum iurisdictionum continens, sic instituenda: in qua viraque specie iudex proximate superior legitime adiut: postremus, si duo iudicia ex eadem negotiis specie, licet diversa peragantur ratione, descendunt, v. c. reconvenio saxonica, y) nec non causa criminalis in ciuili incident: z) in cuiusmodi causis iudex, coram quo litium ita connexarum prior erat incepia, plerumque in altera non potest declinari. a) Quae omnia ad

q) arg. I. 29. in f. C. de pacis.

r) I. 22. π. de iudicis.

s) I. 49. π. eodem.

t) I. 5. C. de ingen. et manum. O. Pr. Sax. Rev. T. VI. §. 6.

u) Dec. XXXVI. diui I. G.

v) MEVIVS, p. III. Dec. 110.

w) I. 10. C. de iudic. I. 5. C. arbitri. tut.

x) Sec. GAILIVM l. I. obs. 32.

y) v. Conf. El. Sax. VI. p. I.

z) I. 3. C. de ord. iud. Dec. LXXXIX. diui I. G.

a) v. Tit. π. de quibus rebus ad eundem iud.

ad conductorem etiam sunt applicanda, si quidem conductio in his causis nihil singulare efficere potest, ut conductor ob prorogationem necessariam, nexum causarum et delegationem ei iudici, qui ex his rationibus competens est, subiicitur.

§. 10. Transeo iam ad alteram partem eius, quod ad petrificandum mihi proposueram, scilicet, si locator iurisdicendi facultate, cum fundo locato connexa, pollet: quoniam forum conductori comperat. Haec quaestio viros doctos iam dudum occupauit, quorum alii conductorum locatoris iurisdictioni indistincte subiiciunt, b) alii vero, ad subiectionem generalem conventione expressa opus esse, autumant. c) De qua re adeo ambigua ut rite disputetur, videtur, nonnullis opus esse distinctionibus. Fundus enim in conductoris usum transit, ita, ut vel non ibi habiter, vel ut simul ibi habiter. In illo casu locatoris iurisdicito forum tantummodo speciale pro natura circumstantiarum, veluti delicti aut contractus, aduersus conductorem subministrat, quocum index domicilii aut ex priuilegio concurrit. d) Id puto cum iuris conuenire analogia, cum contractus solus fundamentum iurisdictionis non praebeat, quamuis, forte aliquando aliter iudicatum fuisse, ita, ut conductor non inhabitans praedium conductum a magistratu, cui fundus immediate subiectus erat, tamen in causa, ad contractum locationis non pertinente, condemnatus sit, negare non audeo. Si vero conductor in praedio conducto, ut sit plerumque, simul habitat, denuo discernas, num praediatoria iurisdictione a locatorre reseruata vel conductori cum usu torius praedii concessa sit. Nam, licet multi aliter sentiant, e) iurisdictionis exercitium apud Germanos negotiatorum esse et cum praedio, cui inhaeret, locato simul locatum videri ac in usum concedi, CARPOVIUS satis probauit. f) Hinc non inutile,

C 2

sed

b) LEYSERVUS *Spec. COXVI. m. III.* qui tamen excipit causas, ex ipso contractu locationis ortas. C. F. HOMMELIUS in libello cit. c. IV.

c) MEVIUS p. IV. Dec. 246. BERGERVS, *Occ. lib. III. T. V. lib. 24. n. 7.*

d) v. §. anteced. 5. sq.

e) conf. STRYKIVS in *usu mod. lib. II. tit. I. §. XII.*

f) lib. V. *Resp. XV.*

sed necessarium potius est, ut locator sibi in contrahendo expressis verbis, quod sit plerumque, g) iurisdictionem reseruerit. Quodsi igitur iurisdiction cedit conductori, coram magistratu, cui fundus subest conductus, colonum respondere debere, inter DD. conuenit.

S. 11. Cum iurisdictionem locator sibi reseruauerit: discrimin rursus est capessendum: an conductor tempore initi locationis contractus huic iurisdictioni reseruatae ex pacto vel ut foro domicili sit subiectus, vel peregrinus absque subiectionis mentione fundo locato vatur. A proximo si ordiris; nexus, qui est inter locatorem et conductorum, ex solo contractu, adeoque ultra huius contenta nequit extendi, neque praesumti potest in conductorre animus, se subiiciendi locatoris iurisdictioni, neque opus est ad securitatem, bonitatem et potestatem contractus locationis conductus, ut alter alteri imperet, ut potius virtusque pars sit conditio. Etenim si verum est, emolumenta fundi conducti, atque iura, ex eo dimanantia, ad conductorum pertinere, quod ipsa contractus natura, nisi pacto aliquid exceptu si, postulat, h) atque locatorem per colonum sive inquilinum rem locationis titulo, bona ex fide i) concessam, possidere: k) conductorum cum locatore eadem iuris conditione, e fundo conductoris depromta, frui, ideoque huic aequalem esse, sequitur. Hoc posito, legis: parem ius pari non dicere, praesumtio, l) locatorem verat, conductori iudicem praeponi. Sicuti teste MENKENIO m) huic sententiae summus prouocationum in Saxonia Electorali senatus termino aestiuo 1713. suffragatus fuit, quaestionem: ob ein Pachter eines schriftsässigen Gutes seine Pachtzeit über, vor schriftsässig zu achten? sic affirmans: weil er citra expressam conventionem des Verpachters Gerichtsbarkeit nicht unterworfen, sondern als aequalis mit ihm contra-

g) LEYSER I. c.

h) I. Prov. Sax. Glossa ad a. 59. arg. Dec. El. XXI. d. a. 1740. GROTIUS de iure b. ac. p. I. II. c. XII. §. XIX. LEYSERVS spec. CCXVI. m. I.

i) confer. §. 28 et 30. Inst. de action. I. 19. C. de loc. et cond.

k) I. 1. §. 22. et I. 20. π. de vi et de vi armata.

l) I. 4. π. de receptis MEIVS I. c.

m) in disp. de iure conuenienti subditos in proprio iudicio. Vitemb. 1717. §. XI.

trahiret. Posse quidem, largior, locatorem tanquam duplicem personam considerari, prout possessor praedii est, quod locat, et proximus est in eo loco iudex. At enim vero conductor cum eo non contrahit, tanquam cum iudice, sed tanquam cum domino praedii, ex quo ipse vilitatem pro mercede percipere vult. Nec potest locator, etiam si aequalitas memorata non pertineat ad tertium quemcunque, tertio, per contractum suum aliquid ius acquirere, hoc scilicet, ut is conductorem coram locatorre conuenire possit. Non puto, quenquam, respicientem ad hanc inter conductorem et locatorrem aequalitatem, obiecturum esse iuris Germanici brocardicum: parem a pari iudicari, unde celebris de paribus curiae venit doctrina: n) vt existimer, locatorrem, tanquam parem, commode iudicem esse conductoris. Eam enim regulam, quis est, qui nesciat, non pertinere ad generalem hominum aequalitatem, quae in illa, cum de contractu sermo sit, pro fundamento ponitur, sed id sibi velle, ut assessores iudicij, non ipse iudex, qui potius ex principiis iuris Germanici et impar esse potest, et saepius est, eiusdem conditionis, in primis circa naturam, cuius est reus, esse debeant. Hoc igitur missio, nequidem est, vt replices, aequalitatem hanc attingere locatorrem et conductorem inter se, non autem tertium, cuius intuitu conductor locatori subsit. o) Etenim neque incolatus locati pasto inest, p) neque argumentum a familia conductitiae, quae ex nonnullorum opinione q) heri iurisdictioni, si eam habeat, submittitur, ad conductorem duci potest. Nam, si etiam id, quod de familia dicitur, concedamus; tamen illa partim quodam subjectionis, potestati herili debitate, vinculo, quod conductor ignorat,r) teneatur, partim vel nullum certum domicilium, vel eum ipsum locum, in quo operas praefat, pro domicilio habet. Quamuis praeterea praedii locati dominus idemque iudex arresti remedio, vim prorogandae

C 3

n) MYSINGERVS Cent. I. obs. 99.

o) vid. C. F. HOMMELIUS in lib. c. cap. IV.

p) vid. §. antec. 4.

q) confer. FUNKLERI *disp. de familiæ conductitiae foro competente in primis in Sax. El.* Halae 1748. §. 23.r) huc referas in *Sax. El.* T. IV. §. 2. Ord. Proc. Recognitae.

gandae iurisdictionis exhibente, contra conductorem ob mercedem debitam vii queat, s) id tamen, tanquam extraordinarium, efficere non potest, vt inde subditi qualitas perpetui proueniat. t) Quibus satis excusis, nisi lex aliqua prouincialis conductorem locatori, iuris dicendi facultate praedito, sine distinctione subiicit; u) planum esse opinor, conductorem, nisi alia, quae circumstant, incidunt, quae postea exponentur, iurisdictioni domini praedii conducti non subiici, eamque sententiam in Saxonia Eleitorali iuste, quin et sapienter, cum locator iudex conductori suo iurisdictione sua, si velimenteres animi accedant commotiones, in hac causa minus, quam apud alium iudicem, euitande, magnam, cum facultas atque occasio sit, aliquid extorquendi, molestiam possit inferre, receptam esse, v) et adhuc obtainere, vt proprieta conductor Schriftassippi praedii per conductionis tempus Cancellariae Serenissimi Principis et iudicis cum ea concurrentibus w) immediate subiiciatur, vii docet Rescriptum Serenissimi Principis ao. 1772, ad Cur. supr. Prov. Lips. quod exhibit b. HOMMELIUS vbi: Nachdem nun G. als Pacht-Inhaber eines schriftsässigen Ritter-Guths vor denen Gerichten zu P. nicht belanget werden

s) quod in Saxonia expressa lex concedit, Ord. Proc. Sax. Tit. LI. §. 1.
fere in fine.

t) vid. Cochius lib. cit. cap. vlt. §. 26.

u) id e. g. factum est in ducatu Megapolitano. Verba legis: Landesgrundgesetzlicher Erbvergleich d. a. 1755, sunt in §. 412 et 413. Die Pächter, Verwalter, Schreiber, Bedienste und andere, unter deren vom Adel und Land-Bürgertum Gerichtsbarkeit befindliche freye Leute, sollen in Sachen, welche nicht den Contract und des Guts-Herrn eigene Person angehen, vor dem Guts-Herrn in Person in erster Instanz beklagen werden. Es wäre dann, daß sie sich auch in solchen Fällen der Gerichtsbarkeit des Guts in den Contracten ausdrücklich unterworfen hätten; welchen Falls ein unpartheisches Gericht zu setzen, die Sache auf Begehr zu verschicken, allemahl aber der Appellatio an unsre Landes-Gerichte der Lauf zu lassen. Außer diesem ausdrücklichen Prorogations-Fall aber, soll die Sache gleich vor Unserre Landes-Gerichte gehören.

v) WABST von Churf. Sachsf. Iustiz-Verfassung Sect. II. Cap. I. §. 6. ex sententia serratus Provoc. summi ao. 1713. lata.

w) confer. Ord. Appel. Iud. Sax. Elect. d. a. 1605. T. wer vor das Appell. Gericht, versl. desgleichen.

werden mag, so haben Wir ermeldeter Gerichte Verfahren cassiret, ^{x)} quem fori vsum ita etiam intelligi, tradit CARPOVIUS, ^{y)} vt idem obtineat, quando fundi, qui Praefectureae subest, aut dominus aut simultaneo de eo inuestitus, praedio Schriftissificio locationis iure fruatur. Ergo conductor, nisi singularis quaedam sit causa, eandem tantum agnoscat iurisdictionem, quam locator, vt si hic sit nostris moribus Schriftissificus, talis etiam sit ille, et, si locator Amtissificus, conductor eadem vtratur conditione, scilicet conductor fert domini personam ratione fundi locati. Is enim omne ius in praedium, quatenus sibi non quaedam reseruavit, transtulit in conductorem, eique fundum in ea qualitate concedit, in qua illum ipse possidet. Forum autem, quod sortitur fundi dominus, in eo habitans, fundi qualitas est, vi cuius, non ex persona sua, dominus Schriftissificatus vel Amtissificatus gaudet, quae qualitas, vt transeat ad conductorem, cum ne a fundo quidem separari possit, nec a domini fundi pendeat voluntate, necesse est.

S. 12. Quamvis autem hoc generatim affirmandum sit, multas tamen exceptions hanc quoque pati regulam, labentissime confiteor. Ac primo quidem, si delinquat conductor er adprehendatur in eo praedio, quod conduxit, vix erit dubitandum, quin dominus praedii, iurisdictione praeditus, competens eius sit iudex, quod fluit ex generalioribus supra iam expositis principiis. ^{z)} Deinde ex iisdem efficitur, conductorem locatoris iurisdictionem pro foro contractus debere agnoscere, si intra fines eius iurisdictionis contraxerit. Hinc superfluum duco, quod fieri plerumque animaduertimus, vt locatoris iurisdictioni se subiciat conductor in causis, ex contractu locationis manantibus. Nam, contractus locationis (rarius enim ea res aliter fiet,) perficitur in ipso locando praedio, et in eodem loco solutio ex promisso fieri debet. a) Quamobrem ea tunc de-

mum

x) C. F. HOMMEL. in lib. c. cap. IV.

y) in Pr. T. III. a. V. n. 13.

z) vid. §. 8.

a) Hoc in ducatu *Megapolitano* vi legis supra excitatae, ex qua ordine inverso conductor comparere coram locatori, vt iudice in causis, ad contractum

mum vitilis erit clausula, si utrumque in locationis conuentione deficiat. Porro, si actione reali instituta, praedium conductum rei sitae sit forum, nemo, quin legitime coram locatorre agatur cum conductore, ambiger. Ex his omnibus fluit, conductorem debere locantem praedium conductum pro iudice fori specialis agnoscere. Quod ipsum tamen ita volo intelligi, ut neque forum generale excludatur, neque illi iudiciori ordinario locantis, qui forte singulari gaudet privilegio, quo eius subditii ab alio vocari in iudicium plane nequeunt, ius, reuocandi hunc conductorem sibi subditum, admatur. Sed alia maior fere exceptio est, ex qua locatori subiicitur is, qui conduxit praedium, iurisdictione auctum, scilicet si is locus, ubi conduxit, sit forum domicillii. Id autem erit trifarium. Aut potest esse forum originis, aut domicillii constituti, aut ex ea causa, quod nullum certum domicilium habeat, agnoscendum forum. Igitur, si intra fines iurisdictionis eius praedii, quod conduxit, conductor sit a patre, ei iurisdictioni subiecto, natus, neque ante conductionem alibi domicilium certum sibi constituerit, procul dubio obligabitur ad quasconque contra se institutas actiones in hoc foro sustinendas, cum, si regulam retinemus, liberi patris forum tamdiu sequantur, quamdiu sedem fortunarum suarum fixam nondum elegerunt, b) idque in hoc quidem casu multo magis affirmandum sit, cum conductor sub foro originis simul habiteret deprehendatur. Conductio enim praedii ne principalis quidem, c) nedum nobilis, conditio-

tractum cum eo referendis, non obligatur, in caeteris cogitur, et si alicubi forte eundem in modum sit constitutum, plane in contrarium iudicandum est. Et haec ipsa sicut ex illa regula, neminem in causa propria iudicem esse posse, opinio LEYSERI supra §. 10. not. b. enarrata. Verum videoas BERGERVM in Oec. Iur. L. III. tit. V. tb. 24. not. 7.

b) Confer. 1. 3. et 4. C. de municip. et orig. quacum legi iungas. 1. 7. pr. C. de incolis.

c) hic reser. Rescriptum Sax. Elec. d. 7. Sept. 1743. ad Reg. Moritzburg. *er Cizensē datum, in quo haec occurunt verba: Wir haben euch über dasjenige, was Wir euch wegen der den Bauern künftig nicht zu gestattenden Acquisition der Rittergüter zu erkennen gegeben, hierdurch erfüllen wollen, wasmaassen forbane Unsere Willensmeynung blos von solchen Bauersleuten, welche annoch wirklich dergleichen sind, anzunehmen, mithin*

ditionem hominis, quam habet a nativitate, mutare potest. Idem videtur esse, si peregrinus quidem sit conductor, sed nullum certum habeat domicilium, ita, ut egressus patria, omnia sua forte secum portans, nunc hic nunc illic vagetur. Is enim, existimari potest, in eo praedio, quod conduxit, forum suum agnoscere propterea debere, quod ibi reperitur, siquidem id obtineri in omni vagabundoi sive cui certum non est domicilium, recte statuitur. cc) Verum tamen, si in hac causa de peregrino loquimur, de verbi potestate recte ut constet, opus est. Non enim de peregrinitate ratione solius fundi conductor fermo est. Quam ob rem, si conductor vel natus sit intra fines territorii eius iudicis, cui ipse obtemperare debet locator, vel si intra eosdem fines iam aliquando domicilio sit usus, etiamsi postea cum omni familia et patrimonio transeat in locum conductum, peregrinus sane dicendus non est, cum ne forum quidem, saltim secundae instantiae, mutauerit, sed forum eius generale permanebit ille iudex, cui cum ipso praedio locator subiicitur. Multo igitur magis iudicium locatoris competens erit conductoris forum, si in eo loco fixerit domicilium. Quam ob rem, si expressis verbis conductor declaraverit, se velle in posterum figere domicilium sub iurisdictione praedii conducti, nullum, quin locator eius sit iudex ordinarius, superesse poterit dubium. Inprimis si homagium praestiterit, d) quod ab his, qui domicilium in aliquo loco constitutre volunt, exigi solet. Sed praeter expressam declarationem, si certo constet de animo in perpetuum manendi, eadem locum habebit iurisdictione. Verum certo constet. Alias enim ex sola habitatione id non puto effici, cum tempus conductioni adiectum, quo ipso finito, cessat mercedis solvendae obligatio, illius decessum e locatoris territorio reddat ceriorem. e) Praeterea nec origo aut nativitas, nec incertitudo domicilii nec eius ipsius constitutio

certa
bin auf diejenige Fälle, wo ein Bauer seinen Stand verändert, wovor
jedoch die Erpacbung eines oder andern Unserer Vorwerke oder eines Rit-
terguts nicht zu achten, — — — keineswegs zu erstrecken.

cc) BERGERVS Oct. lib. IV. t. IV. zh. I. n. 6.

d) idem Oct. lib. III. tit. V. zh. XXIV. n. 7.

e) arg. l. 54 et 56. π. loc. cond. ICtorum Wittembergensium de hac re
opinio videatur apud WERNHERVM select. Obs. P. IV. obs. 125. adde

certa illi conductori fraudi erit, cui priuilegium fori personale est, ut pote quod forum generale quodecumque, vt iam monui §. 3. excludit. Evidem domicilii conjectura, alibi descripta f) subsidialis obtinet, si nullum sit domicilium conductione prius, ut fere accedit in colouio, cui, nisi in villis conductitiis degendi, mens est. Sed eandem conjecturam et praesumtio legis, modo prolata, g) et fori priuilegium perimit. h) Quod igitur cum manifestum sit, locatorum iurisdictione gaudentem, eam etiam in conductorum exercere, si hoc iudicium domicilii sit forum, id tantum in quaestione venire potest, utrum conductor subsit etiam fundi conducti sive locatoris magistratui, simul scilicet immediate, (nulla enim; quia illi immediate sit subiectus, oriri potest dubitatio,) ut concurrens sit iurisdictione, electioque actoris, num coram locatoris iudicio, an coram eo iudice, cui ipse locator obtemperat; cum velit conuenire. Et in Saxonie quidem hanc electionem esse, credo propterea, quod semel, verbis b. HOMMELII i) vtor, receptum sit, omnes conductorum schriftissicorum praediorum schriftissicos esse. Iure vero communione affirmauerim haec sententiam, cum non videatur, domicilio non mutato nec priuilegio personali acquisito, forum generale mutari ita, ut ex mediato iudice fiat immediatus.

§. 13. Venio tandem ad ultimam exceptionem. Si scilicet sit locatori iurisdictione in conductorum, paet subiectonis interposito, per tempus locationis generatim, non propter solam locationem constituta: locatori iuris dicendi facultatem in colonum indefinite exercere licebit. k) Quamuis enim eiusmodi paetum, quo quis se alterius non ordinari iudicis iurisdictioni in omnibus litibus subdit, aliquid in se habeat dubii, quia est prorogatio fori voluntaria generalis, in conductorum tamen admittitur, saltem in Saxonie, ut paret

CARPZ. p. III. C. XII. D. XVIII. n. 4. LEYSERVUM I. c. aliter sententiam KNORRIUS in progr. laud. ita excusari vel intelligi vult, ut credat, eum presupponere, conductorum in conductionis loco habuisse domicilium.

f) vid. §. 4.

g) vid. §. 11.

h) vide ante monita §. 3.

i) in libello cit. cap. IV. pag. 32.

k) BERGER. Oct. lib. cit. III. T. V. tb. 24. n. 7.

pater ex sententia Summi Provoc. Collegii, cuius supra¹⁾ memini. Haec tamen conuentio subiectionis, quae in se habet prorogationem fori, in iudicis, cui potestas est in praedium conductum, praeiudicium ita fieri nequit, ut ipsi omnis iurisdictione in conductorem adimitatur. Etenim, quod pactum, inter duos initum, tertio, qualis in hac causa est iudex, sub eius iurisdictione praedium conductum situm est, nihil possit officere, nonissimi juris est. ^{m)} Hinc, ut nemo ita pacisci potest, ut ordinarii iudici se in toto subrahatur, ⁿ⁾ ita locatoris pactum cum conductore de subiiciendo se in qualunque causa non toller iurisdictionem in conductorem ordinariam eius iudicis, quem ipse locator haberet. Ita, cum in causa F. contra B. qui B. conductor praedii Schriftstassici nobilis, locatori se indistincte quod ad iurisdictionem subiecerat hic reus B. Curiae provinciali Witterbergensi, in qua actio personalis erat instituta, obiciens fori incompetenti exceptionem, ab eius decreto ex hac ratione, quod iudicem haberet locatorem suum, appellaret, reiecta a Serenissimo Principe anno 1787. appellatione cum clausula, reus B. ad hanc Curiam renissus est. Quae cum ita sint, praeuentio quoque in eiusmodi causis, in quibus concurrere potest iurisdictione, locum sibi vindicabit.

§. 14. Postremo ea omnia, quae de conducente praedium, cui iurisdictione adhaereret, hucusque scripsi, ad forum extraordinarium non pertinent. Id enim, cum ex legum praeceptis in singularibus causis, velut in reconventione, nexus litium, et aliis rebus, ut supra iam enarravi, ^{o)} obtineat, et fori alias generalis iurisdictionem ferre excludat, ne proprieta quidem, quod quis alibi domicilium habeat, multo minus per pactum inter locatorem et conductorem tolli potest. Talis portius causa ex eo solo indicari potest an fori extraordinarii adsit, quod sufficiat, fundamentum. Nam, ut iuris est translatitii, ^{p)} ne priuilegium quidem liberare potest, a foro speciali, nisi vel id ipsum ab hoc foro reum eximat, vel falsum praeuentio sit admittenda. Quam ob rem, si locatoris iurisdictione tanquam extraordinaria

¹⁾ vid. §. 11.

^{m)} rubr. C. inter alios acta.

ⁿ⁾ Lvovici doctr. pandect. lib. II. t. I. §. 10.

^{o)} vid. §. antec. 9.

^{p)} vid. §. 6.

rium forum fundata sit, illam a conductorē agnoscī debere, si aliū sit index fori extraordinarii, ei ēse a conductorē obtemperandum, certissimum est. Ex eadem igitur cauſa non dubito, quin, etiam si nullum intercelerit subiectionis pactum, conductorē, actione tam personali quam reali instituta, ad respondendum ad reconuentōem institutam vocatum, et propter continentiam cauſarum, quae ex actionibus, eadem in re fundatis, dimanant, conuenientem, agenti coram iudicio, a locatore constituto, respondere oporteat, etiam si locator in cauſa propria agat, dummodo iudicium id rite sit constitutum, et, si ipse locator sit pars litigans, in Saxonia collegio 1Ctorum acta, ex quibus, quid iustum in ea re sit, eruat, transmittantur. q). Caeterum hoc adiici, vix operae erit pretium, vt in secundo conductorē sive subconductorē idem omne obtineat, quod obtinet intuitu primi, e. g. subconductor praedii schriftifasci, inhabitanſ hoc praedium, pariter ac eius sublocator, si regulam sequimur, schriftifasci iure fruatur. Nihil enim est, quod nos mouere possit, ut alia, atque de primo, de secundo statuamus conductorē. r)

q) O. Pr. Sax. V. et R. T. II. Dec. XXXIX. I. G. et MENCKENII disp. landata §. XI. Nec par iuris conditio hic obstat, quia personali subiectione et facto obligatorio colonus locator tanquam magistri fit subditus temporarius.

r) arg. l. 11. §. 5. τ. de pignoratūa act.

CONSPECTVS DISPV TATIONIS.


- §. 1. Verbi, forum, significatio. Qui liberteſ certum forum habet.
- §. 2. Conductor quis sit. De foro conductoris mobilium.
- §. 3. Conductor immobiliūm quotuplex. Si de eius foro quaeratur, ad quid sit respiciendum, et quotuplex id sit. Regula, quae generalis esse videtur in hac cauſa. Conductor, qui ex persona sua habet priuilegium.
- §. 4. De foro conductoris, cum locator iurisdictione non gaudeat. Forum originis. Forum domicilii. Id per in habitacionem et expressam declarationem, lege item et confusione contrahitur.
- §. 5. Ad locum inhabitatum, eiusque, ut et personae et cauſae priuilegium respiciendum est.
- §. 6. Forum rei sitae.
- §. 7. Forum contractus.
- §. 8. Forum delicti.
- §. 9. Forum extraordinarium ex diffamatione, reconuentōe aliaque prorogatione, nexu item cauſarum.
- §. 10. Si locator simul iurisdictione polleat in fundum locatum, in foro conductoris constituendo ad varias species respiciendum est. Si conductor in loco conducto non habet. Si iurisdictione cum praedio locata.
- §. 11. Reservata iurisdictione locatori, quodnam forum generale habeat conductor in praedio conducto habitanſ.
- §. 12. Si praedium locatum sit forum delicti, contractus, domicilii. An id forum sit concurrens cum foro locatoris.
- §. 13. Conductor subiicere potest se iurisdictione locatoris, non tamen in praecidicium fori eius ordinarii.
- §. 14. Forum extraordinarium. Subconductoris forum.

Wittenberg, Diss., 1791



f
sb.

B.I.G.



DE
I PRAEDIVM CONDVXIT
IPETENTE,
SAXONIA ELECTORALI

ERTATIO,

QVAM

AESIDE

ODOFR. CHRISTIANO

GELIO

RIAE PROV. ELECT. CONSIST.

T. ORD. ICTOR. VITEB. ITEM

N LVSAT. INFER. MARCH.

SESSORE

A. O. R. CICICCCXCI.

L. Q. C.

VM PROPOSITVRVS EST.

CTOR

STVS NORDHEIM

- HENNEBERGICVS.

MBERGAE,

Z SCHIEDRICHIL